Mat.23. minus Iesus apud Matthæum 23.dicens: Qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei.
Mat.5. Et capite 5. Nolite iurare per cœlū, quia thronus Dei est. Poteris per thronum regni Christi animam iusti intelligere, in qua ipse regnat per gratiam. Vel ordinē Angelorum, eorum præsertim, qui vocātur throni ab habitatione aut sede Dei au
Dionys. thore Dionysio Areopagita libro de cęlesti hierarchia. Huic expositioni fauet Au
August. gustini sententia libro 3. de Trinitate agētis, Deum in angelicis spiritibus summa amicitia copulatis tanquam in excelsa & sancta sede residere. De qua scriptum le
Apo.19. gimus Apocalypsis 19. Adorauerunt Deū sedentem super thronum.

¶ *Qui intueris abyssos*. Hoc est, res profundas, reconditas, & penitus abstrusas intelligis, & penetras: cui nihil est abscon
Heb.4. ditum, nihil occultum. Id ait diuus Paulus cap 4 ad Hebræos: Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia
Iob 42. autem nuda sunt, & aperta oculis illius. Et Iob 42. Scio, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Diuina scriptura au
Hilar. thore diuo Hilario immēsam vastitatem
Eccl.1. vocat aliquando abyssum, vt Ecclesiast.1. Profundum abyssi quis dimensus est? Ac
Eccl.42. cipitur abyssus pro corde, vt Ecclesia.42. Abyssum & cor hominum inuestigauit. Vbi, &, accipitur pro idest. Et hoc modo potest accipi abyssus hoc loco. Propriè autem abyssus significat vim, & copiam
Gen.8. aquarum, vt Gene.8. Clausi sunt fontes
Exo. 15. abyssi. Et 15. Exodi. Abyssi operuerunt eos. Et quia aquarum nomine calamita-
Psal.68. tes significatur, iuxta illud psalmographi: Intrauerunt aquæ vsque ad animā meā: inde efficitur, vt per abyssum acerba calamitatū magnitudo magnificetur, vt Psal.
Psal.41. 41. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum, omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. Acsi diceret diuinus psaltes: Calamitas vna alterā trahit: pluit super me ærumnarum multitudo: nullum aspicio finem afflictionū mearum, nullam acerbitatum intermissionem. Omnia excelsa tua, hoc est omnia tonitrua & fulmina tempestatum, & aquę omnes procellarū in me irruerunt. Quemadmodum cęlum fulminibus, fragoribus, tonitruis, flāmis inter nubes coruscantibus immensa vi grandinis, atque imbrium segetes virescētes euertit: ita tu domine incredibili rerum aduersarū tēpestate me miserum obruisti. Hanc acceptionem potest hoc loco habere abyssus, vt sit sensus. Benedictus es domine, qui intueris eorum ęrumnas, qui ad te toto animo cōfugiunt, vt eos eripias, quemadmodum nobis fecisti, qui nos mirabiliter liberasti. Harum explanationum primā esse rectiorem existimo.

¶ *Qui sedes super Cherubim*. In singulari dicitur Cherub, ī plurali Cherubim. Cherub idem est quod quasi magister, vel sciētiæ plenitudo. Vnde sedere super Cherubim est omnem scientiam superare. Acsi dicat. Non est mirum tę intueri abyssos, & profunda cognoscere, quoniam sedes super Cherubim: hoc est, quoniam summam ac infinitam habes sapientiam. Fortasse alludit ad arcam fœderis, & propitiatorium, vbi erant duo Cherubim ex vtraque parte oraculi, vnde Deus loque-
batur, vt diuinæ literæ capite 25. Exodi, & Exo. 25.
primi libri Regum cap. 4. & alij in locis 1. Re.4.
testantur. Dauid etiam Psalm. 17. inducit 3. Re.6.
Deum volantem alis ventorum, & pen- Psal. 79.
nigeris cœlitibus insidentem, vt eius vim Hebr.9.
& cęleritatem omnia cœlo, terra, mariq; Psal.17.
lustrantem significet, cùm ait: Ascendit super pennas ventorum.

G *Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite cœli domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlo sunt, domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite sol & luna domino, laudate, et superexaltate eum in secula. Benedicite stellæ cœli domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite*

*omnis*